



**CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni.  
Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que  
diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia  
colit ac veneratur.||**

**Merlin, Jacques**

**Coloniae, 1530**

**VD16 M 4842**

Bulla Pij pape. ij. de no[n] apellando ad futuru[m] co[n]ciliu[m], req[ui]re  
post Bulla[m] p[re]cedente[m].

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72934)



## Bulla Pij pape. ij. de non appellando.

& probare se solum, uel exemptum a talibus empti-  
aut etiam alijs quibuscumque, que solui in susceptione feu-  
dorum huiusmodi consueuerint, predictarum insuper se-  
ptuaginta trium marcarum, & feronis, diuisionem faciet  
magister curie imperialis, siue regalis, hoc modo,

¶ Primo enim decem marcas pro semetipso referuans,  
dabit cancellario imperialis, siue regalis curie, decem  
marcas magistris, notarijs, & doctoribus tres marcas,  
& sigillatori pro cera & pergameno unum feronem,  
ita uidelicet, quod cancellarius, & notarij, principis recipi-  
enti feudum, non ad aliud, quam ad dandum sibi testi-  
monialem recepti feudi, seu simplicis inuestiture littera  
sint restricti. Item dabit magister curie pincernę de lym-  
burch, de prefata pecunia decem marcas, magistro co-  
quinę de Norenberch decem marcas, uicemarchalco de  
Papenheim, decem marcas, & camerario de Falkenstein  
decem marcas. Tali tamen cum conditione, si ipsi & eo-  
rum quilibet in huiusmodi curie solemnitatibus presen-  
tialiter assint in suis officijs ministrando. Si uero ipsi, uel  
eorum aliqui absentes fuerint, extunc officiales imperia-  
lis, siue regalis curie, qui talibus presunt officijs, eorum  
quorum suppleant absentiam, singuli singulorum, sicut  
uocem, nomenque & labore suffertur, sic lucra & commo-  
da reportabunt. Dum autem princeps aliquis, equo uel  
alteri bestie infirmos, feuda sua ab imperatore recipit, uel  
rege, equus ille, seu bestia cuiuscumque speciei sit, debetur  
superiori marchalco, id est duci Saxonie, si presens alicue-  
rit, alioquin illi de papenheim, eius uicemarchalco aut  
illo absente imperialis, siue regalis curie marchalco.

Cum sacri Romani celsitudo imperij, diuersarum natio-  
num moribus, uita, & idiomate distinctarum linguis,  
habeat gubernacula moderari, dignum est, & cunctorum  
sapientum iudicio censetur expediens, quod electores prin-  
cipes, ipsius imperij columnę, & latera, diuersorum ideo-  
matum, & linguarum differentijs instruantur, ut plures  
intelligant, & intelligantur a pluribus, qui plurimorum  
necessitatibus releuandis, Cesaree sublimitati assistant,  
in parte sollicitudinis constituti. Quapropter statuimus,  
ut illustrium principum, prout a regis Bohemie, comitis  
palatini reni, ducis Saxonie, & marchionis Brandebur-  
gen. electoribus, filijs, uel heredes, & successores, cum ueri  
similiter theutoniscum idioma sibi naturaliter inditum  
scire presumatur, & ab infantia didicisse, incipiendo a  
septimo sue etatis Anno, in grammatica italica, ac fla-  
uica, linguis instruantur, ita, quod infra quartumdecimum  
etatis annum existant in talibus iuxta datum sibi a deo  
gratiam eruditi, cum illud non solum utile, immo ex cau-  
sis premissis summe necessarium habeatur, eo, quod illarum lin-  
guarum, ut plurimum ad usum & necessitatem sacri imperij  
frequentari sint solite, & in his plus ardua ipsius imperij  
negotia uentilentur. Hunc autem proficiendi modum in  
premissis ponimus obseruandum, ut relinquatur optio-  
ni parentum in filios, si quos habuerint, seu proximos,  
quos in principalibus sibi credunt uerisimiliter successu-  
ros, ad loca dirigant, in quibus de huiusmodi possint  
linguarum edoceri, uel in proprijs domibus pedagogos  
instructores, & pueros cōsocio in his peritos eis adiun-  
gant, quorum conuersatione, pariter & doctrina in lin-  
guis ipsis ualeant erudiri.

## Bulla Pij pape. ij. de non appellando, ad futurum Concilium.



**P** IVS EPISCOPVS. S.  
ferus ferorum dei, ad fu-  
turam rei memoriam execra-  
bilis, & pristinis tempori-  
bus inauditus temeritate  
nostra inoleuit abusus, ut  
a Romano pontifice, Je-  
su Christi uicario, cui di-  
ctum est in persona beati  
Petri, Pasce oues meas, &  
quodcumque ligaueris super  
terram, erit ligatum, & in cœ-  
lo, nonnulli spiritu rebellionis imbuti, non sanioris cupidi-  
tate iudicij, commisi euasione peccati, ad futurum concilium  
prouocare presumant, quod quantum sacris canonibus ad-  
uertetur, quantumque republice christianę noxiū sit, quiuuis  
non ignarus iurum intelligere potest, namque ut alia pre-  
tereamus, que huic corruptelę manifestissime refragatur  
quis non illud ridiculum iudicauerit, quod ad id appellatur  
quod nullus est, nec scitur quando futurum sit, pauperes  
a potentioribus multipliciter opprimuntur, remanent im-  
punita scelera, nutritur aduersus primam sedem rebellio, liber-  
tas delinquenti cōceditur, & ois ecclesiastica disciplina,  
& hierarchicus ordo cōfunditur. Volentes igitur hoc pe-  
siferum uirus a Christi ecclesia procul pellere, & oculi no-  
bis cōmissarum saluti consulere, omnemque materiam scandali  
ab oculi nostri saluatoris arcere, de uenerabili fratrum no-  
strorum sanctę Romanę ecclesię cardinalium, cunctorumque  
prelatorum, ac diuini, & humani iuris interpretum curiam se-  
quentium concilio, & assensu, ac ex certa nostra scientia  
huiusmodi prouocationis introductiones damnamus,  
& tanquam erroneas, ac detestabiles reprobamus, cassantes  
& penitus annullantes, si qua hactenus taliter interposi-  
ta reperiantur, easque tanquam inanes, ac pestiferas, nullius  
momenti esse decernimus, ac declaramus, precipientes,  
ut deinceps nemo audeat quouis quęsito colore, ab ordi-  
nationibus, sententijs, siue a mandatis quibuscumque no-  
stris, ac successorum nostrorum talem appellationem interpo-  
nere, aut interpositę per alium adherere, seu ea quomodo  
libet uti, si quis autem contraxerit, a die publicationis  
presentium in cancellaria apostolica, post duos menses,  
cuiuscumque status, gradus, ordinis, uel cōditionis fuerit,  
etiam si imperiali, regali, uel pontificali prefulgeat digni-  
tate, ipso sententię execrationis incurrat, a qua nisi per  
Romanum pontificem, & in mortis articulo absoluti non  
possit, uniuersitas uero, siue collegiū ecclesiastico substa-  
ceat interdictio. Et nihilominus tam collegia, & uniuersi-  
tates, quę predicte & alię quecumque personę, eas penas  
ac censuras incurrant, quas rei maiestatis, & hereticę pra-  
uinitatis fautores incurtere dinoscuntur, tabelliones insup-  
ac reites qui huiusmodi actibus inter fuerint, & genera-  
liter qui scienter conciliū, auxiliū dederint, uel fauorem  
taliter appellanti bus, pari pena plectantur, Nulli ergo  
omnino hominum liceat, hęc paginā nostrorum uoluntatis,  
dānatiōis, reprobatiōis, cassatiōis, annullatiōis, decre-  
ti, declarationis, & mandati infringere, uel ei ausu teme-  
rario cōtrahere. Si quis autem hoc attentare presumpserit,  
indignatione omnipotentis dei, & beatorum Petri Pauli  
apostolorum, eius se nouerit incursum. Datū Mantuę, An-  
no incarnationis dominicę, Milleesimo, quadringentesimo,  
quinguaagesimo nono, quindodecimo kalendas fe-  
bruarij, pontificatus nostri, Anno secundo.

¶ Finis primi Tomi Conciliorum.